

# **Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien (Ed. Beyer) Nr. 165**

In nomine domini Ihesu Christi pateat industrie tam presentium quam solito more succendentium quatenus ego bernacrus cum interventu aliorum amicorum quandam precariam impetrare studui erga Giselbertum comitem necnon Bodonem prepositum ceterosque fratres in monasterio s. Maximini professoris Christi commorantes quod pro illorum bonitate cum omni alacritate peregi et hoc est quod ego illis donavi in loco denominato Radinga in pago metensi in comitatu Matfridi mansos X et VIII ecclesiamque unam et molendina II in loco qui dicitur syrin et sartum unum et aggerem qui dicitur Bauonis et in villa Radinga mansum indominicatum unum et terras ad modia C cum pratis ad carradas LX silvam ad porcos CCC et in villa que dicitur Boevillare ecclcsiam unam et in villare mansos VI et in ansheres villare mansos II cum mancipiis. Et ego accepi ab eis in pago alsencensi in comitatu Methingouuinse in villa cognominata Uuimaris-ecclesia mansos XX ecclesiam unam cum curte et casa dominicata et mansis indominicatis C qui recipit sementis modios LX et silva in qua saginari possunt porci CCC et molendina VI cum mancipiis ea videlicet ratione ut ego ipse et uxor mea Eva necnon et filia nostra Albuera nomine easdem res teneamus usque ad terminationem obitus nostri post nostram vero metam ad communem fratribus utilitatem remeantur sine ullius contradictione. Si autem una perversibilis persona contra hanc convenientiam insurgere temptaverit damnatus atque conuictus cum rubore amittat. Actum Treuiris in coenobio s. Maximini adstante plebe testibusque subscriptis. S. Giselberti comitis atque abbatis qui hanc precariam fieri iussit s. Bodonis s. Motarii s. Rotberti s. Vuigerici s. Tetmari s. Gagenhardi s. Tetgaud s. Godeberti s. Uuicgeri s. Engelrici s. Reganfridi s. Amelrici s. Uuolmari s. Rorici s. Uulmari s. Otuuini s. Richardi s. Tiedradi s. Uuidonis s. Tietfridi s. Heinrici s. Megingaudi s. Tietacri anno domin incarn. DCCCCXXVI indict. XIII regnante Heinrico rege ego Uogo scripsi et subscripsi.